



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

VII,

Greuelsbergij, Montium in Ducatu S. ENGELBERTVS Comes de Monte & Altena, Colonienſis Archipræſul inclytâ Heroum morte occubuit velut qui *publicæ Eccleſiarum Eſſendi-enſis & Wertinenſis iuſtus deſenſor*. Cecidit *Frideri-ci Comitis Hſenburgici Cognati ſui ſceleſtiffimo* poſt hominum memoriam parricidio inter *Sovelmam & Greuelsburgum A. C. 1225. Mori-ens, Chriſto, Chriſti verbis pro ſicarijs & hoſtibus ſuis ſupplicavit, magnus Eccleſiaſtica libertatis vindex & ipſa morte aſſertor facultatem ob eam nactus, mira innumera patrandi. Corpus eius 25. Februarij A. 1226. in Montis Veteris Monafterium, tandem Coloniam deductum eſt, Inteſtinis Veteri in Monte, honorificè reconditis. Ex vita eiufdem.*

XI.

Heiſterbaci notiffimæ famæ Abbatis HENRICI memoria pietati, obedientiæ, mortificationique deditiffimi: cuius merita cælum prodi-dit, quando *paſtoralem illi baculum Auguſtiſſima Cali Regina porrigere viſa eſt*. Præſes Religioſæ potiùs diſciplinæ, quàm cumulan-dis opibus in-

Bb 2.

tentus

tentus. Cuius familiare symbolum fuisse ferunt: Multos esse obligandos; paucos offendēdos. Nam *memoria aiebat, beneficiorum fluxa, iniuriarum aenea* Ex Hierophyl.

XIV.

CLadbaci in nobili *Iuliacensium* oppido, memoria ALBERICI, quem in eius Ecclesiæ Cryptâ depositum, vulgus S. Albertum indigitare consuevit. Ex Fast. Gel.

XIV.

IN *Burvenich Cistertiensium Parthenone*, venerabilis ELISABETHÆ ex *Julia Comitibus* oriundæ, quæ opibus, aulæ clientelis & mundo vale dicens vltimum, Cælites familiares, ac sæpe sæpius in oculis habuit, Gentis suæ splendorem præclarè virtutibus illustrans. Gel. in Fast.

XV.

S LEOPOLDI *Austriæ Marchionis, sanguinis B. RICHEZÆ*, multorum Monasteriorum *Templorumque Fundatoris*. qui Mariam identidem in corde; & illud continuò in ore habuit: *Virgo Mater natum ora, Ut nos iuuet omni horâ.* Gel. in Fast.

XVI.

HERVORDIÆ B. Waltgeri Confessoris, eius Vr-
bis Comitis ac Fundatoris, qui istic in
Templo